



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Iustum ad dona cælestia mortificatione parari. Cap. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Ber. trist.  
de dili-  
gendo Dao-  
louge &  
re fia.

Gen. 27,  
27.

Greg. bō.  
6. in E-  
zechi. an-  
te mediū.

Isa. 58.  
13. 14.

cibum, potum, ebrietatemq; promittit. Quid autem  
hac fint, accipe ex Bernardo. Laborantes in corpore  
vocat ad cibam: iam posito corpore quiescentes ad  
potum inuitat; resumentes corpora, etiam ut ine-  
briantur, impellit. ] Felix plane nostra mortificatio,  
quam Dominus sic acceptam habet, ut & in hac vita,  
& in futura tam magnis premis afficiat.

In hac vita cibus laborantibus, & suas voluntates  
abnegantibus datur, quem illa benedictione Patriar-  
chae Ilaac signatum existimo. Hic enim cum obla-  
tos à Iacob cibos comedisset, & hausto vino eius  
osculum expertus est, ad benedictionem procedens,  
dixit: Det tibi Deus de rōe cœli, & de pinguedine  
terra abundantiam frumenti & vini. ] Animaduerse  
ordinem: primum cibos à Sara paratos, & à Iacob  
oblatos manducauit, deinde osculum postulauit, po-  
strem benedictionem impetravit. In Isaac Christum  
intellige, in Iacob verò maioris fratris benedictionem  
præteripere gestiente, mentes humiles, qui superbos, &  
tepidos vacuos relinquunt, mili confidera: in Sara  
aut Ecclesiam aut religiosam congregationem medita-  
re, quæ dilecto filio, id est, humili, ac feruile iusto  
monita salutis infundit. Postquam ergo hic à matre  
edoctus, Christo cōuiuum fecit, quod iam diximus,  
& abnegationis ac virtutum opera ministravit, ad  
osculum magnæ dilectionis signum admittitur, & in  
primum suæ abnegationis luce ad cōtemplandum,  
& gratia ad perfectè viendum roboratur. Ros enim,  
inquit Gregorius, desuper, & subtiliter cadit. Et tories  
de rōe cœli accipimus, quoties per infusionem con-  
templationis intima de supernis aliquid tenuiter vi-  
demus. Cùm verò bona opera etiam per corpus agi-  
mus, de terra pinguedine ditamus. ] Hoc ergo præ-  
mium abnegationis, sine villa dilatione in hac vita  
iusto datur, quo magis, ac magis suam virtutem au-  
geat, & extra in actione, & intus in consideratio-  
ne proficiat. In futura autem vita, his, qui se abne-  
garunt, non iam cibus, cuius communio aliquem  
laborem habet, sed potus sine vilo labore, id est,  
gustus diuina visionis offertur. Quem illis promi-  
lit Dominus per Isaiam, dum cuique illorum dicit:  
Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere volun-  
tatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatu-  
mum deciatum, & sanctum Domini gloriolum,  
& glorificaberis eum, dum non facis vias tuas, &  
non inuenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem.

Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te  
super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Ia-  
cob patris tui. ] Digna profeclæ retributio, ut qui  
trifitiā ex abnegatione suæ voluntatis, & lin-  
guæ, & sensuum expertus est, voluntatem sanctissimam  
ex Domini auctoritate sentiat: qui se mortificatione  
depressit, super omnia terrena, & visibilia ef-  
feratur: qui Dominum hīc ad suas epulas inuitauit,  
dum illi sui mortificationem, & virtutum actio-  
nes obtulit, ad possidendam hæreditatem Jacob,  
& gloriam sanguine Christi emptam, inuitetur. Sed  
cùm resumpti corporibus, in gaudium Domini in-  
trabimus, tunc potus in ebrietatem transibit, quia  
gloria in corpora se diffundet, & non iam aliquid  
hominis, sed totum hominem illa diuina suavitatis  
occupabit. Tunc sensus cohibiti, dulcissimus, ac  
purissimus motibus exultabunt: tunc affectus re-  
presi fine villa imperfectione in immensum gaude-  
bunt: tunc corpus, quod in hoc sæculo incessit fa-  
me pallidum, flagis liquidum, cilicio oppressum,  
claritate, impassibilitate, & gloria donabitur. Ac-  
ceptissimam ergo, atque gratissimam habet Dominus  
abnegationem nostram, quam ut morborum  
nostrorum medicinam querit, ad quam sumen-

A dam tot modis nos allicit, quām ut epulum sibi  
suaquissimum concupiscit, & tam copiosa in animo,  
& corpore mercede rependit. Atque adeò si deside-  
rium huic creatori nostro placendi nos tangit, si  
amor proprij boni, & tam immissi boni nos pos-  
sideret, studium sanctæ mortificationis arripiamus,  
& preciſſione malorum, mentem ad bona pa-  
remus.

*Iustum ad dona cælestia mortificatio-  
ne parari.*

C A P V T VI.

**N**E quasi in transitu inuestigemus bona  
cælestia, quibus suscipiendis mortifica-  
tionem paramur, sed ex professo illa, ut  
nos descendant, consideremus. Ad quam  
inuestigationem operæ pretium est meminisse, vir-  
tutem ac perfectionem donum Dei esse, quo di-  
lectos, & electos suos in hac vita augēt, ut in futu-  
ra per omnem æternitatem duratura multiplicet.  
Haber aurem se Dominus in huius doni largitione  
sicut prudentissimus & æquissimus rex, qui cupe-  
ret, & effigaciter decernet filium aliquius fidelis-  
simi serui sublimare. Nam prius curat, ut adoles-  
cents ille mores vilium hominum dedicas, & se  
consuetudinibus praus spoliet, & omne quod summa  
dignitati impedimento esse possit, abiiciat, ne  
dignitas malis moribus superposita, illi seruat ad  
ruinam. Ita omnino Dominus volens hominem  
ad perfectionem euhere, & donis cælestibus cu-  
mularē, prius conferit illi auxilia gratiæ, ad mor-  
tificationis opera, quibus vetustatem primi parentis  
exuat, & carnales affectus derelinquit, ut do-  
na illa amicissimæ reseruant capiat non animus im-  
mortificatus, qui donis illis supériat, sed impu-  
ris affectibus exutus, qui proficiat. Necesse est ergo  
ò homo, si vis perfectione vestiri, & ad inti-  
mani Dei familiaritatem admitti, ut mortifica-  
tions baculo sæculum à te repellas, & eius leges mi-  
nimè tuis affectibus dominari permittas. Sic Ba-  
naias filius Ioiada magnam dignitatem est aſequu-  
tus, de quo legimus: Quia descendit ad Ægyptum  
in virga, & extorſit hasta manu Ægyptij,  
& interfecit eum hasta sua. ] Cuius egregij facino-  
ris præmium fuit, quod fecit eum sibi David au-  
ricularium à secreto. O quanta latent in gestis,  
quæ Scriptura narrat, occulta mysteria, quibus au-  
tor Scripturæ Spiritus sanctus voluit sibi cortice  
litteræ inclusi, nostram ruditatem edocere! Æ-  
gyptius hic hasta pugnans, typus est seculi, quod  
affectibus humanis, & carne nostra aduersus nos  
vtens, ntitur victoriam reportare. Banaias vero,  
qui interpretatur filius Domini, imago est virti  
spiritualis & iusti, qui si velit secreta Domini sui,  
ac patris agnoscere, & cum eo de devotionis spiritu  
conuerfari, debet in virga, id est, in mortifica-  
tions spiritu ad pugnam cum Ægyptio proce-  
dere, ab eiusque manu suos affectus eripere, quibus  
moderatis & in suum dominum vindicatis, se vul-  
nerantem offendat, percutientemque percutiar.  
Hunc devotionis spiritum concipit sterilis anima,  
iam facta secunda, si suos sensus, & affectus mor-  
tificatione cohibeat, cuius etiam alia mystica san-  
ctorum litterarum interpretatio non deest. Ap-  
paruit enim Angelus Domini uxori Manue ste-  
rili, dixitque illi: Sterilis es, & absque liberis, sed

2. Reg. 23.  
21.

Indic. 13.

*Iudic. 13.  
4.*

conciptis, & paries filium. ] Quid autem o sancte Angele, faciet haec mulier, vt vterum gesset, opprobrium sterilitatis depellat, & filium aliquando brachii astringat? Causa, inquit, ne bibas vinum ac siceram, nec immundus quicquam comedas. ] Nam sane præceptum ad sacerdicia dona Dei mortificationis aduerto. Nam si Manue requiem significat, quænam erit vxor Manue, nisi anima, quæ statuit vitæ spiritualis, in quo est vera requies, iuncta, adhuc vno dolore sterilitatis angitur, nec ab illo statu satis per se secunda fecundatur? Ut ergo concipiatur, necesse est vt vinum, & siceram, & quicquid immundum est, penitus relinquat, id est, vt delectabilia fugiat, & carni suauia in cogitatione, in desiderio, & in actione reiciat. Sic generabit spiritum deuotionis Samsonem signatum, qui vt solis, id est, Domini fortitudo dæmones vincet, & interiorem pacem restituere.

*Psal. 21.  
30.*

Sed videndum est, quo ordine vniuersa dona Dei spiritu deuotionis contenta ab vna mortificatione, tanquam ab eorum ianua, dependeant. Donum Dei est, Deo vivere, & gratia vitam possidere: sed hoc donum abnegatione consequimur, quia neccesse est peccato, & nobis ipsi mori, vt Deo, ac iustitia vivamus. Vnde sanctus David: In conspectu eius (scilicet Domini) cadent omnes, qui descendunt in terram, & anima mea illi vivet: & semen meum seruiet ipse. ] Ab illo, & ab eius gratia excidunt, qui in his, quæ auctorant legi, terrenis adhærent. At anima mea, quæ, vt ait Augustinus, in contemptu facili huius qualis mori videatur hominibus, hac carnali morte, quæ mortificatione compleetur, vivet Domino, & semen meum, id est, opera mea illi deseruent. Merito itaque ipse sanctus Propheta à mundo homines separat, vt vitam Deo gratiam ducere valeant. Quærite, inquit, Deum, & vivet anima vestra. ] Qui autem Deum querunt, nisi qui terrenarum cupiditatibus oblitus, sola diuina, vel qua ad ea conducibili sunt, comparent contendunt? De quibus alio loco dictum est: Hæc est generatio querentium eum: querentium faciem Dei Iacob. ] Illi scilicet, qui habent innocentes manus, quas peccatis non polluant, & munda corda, quæ minimè rerum terrenarum immoderato amore contaminant. Donum etiam Dei est in vita spirituali semel habita permanere, & gratiam iustitiamque seruare? Sed iustitiam etiam mortificationis præsidio custodimus. Nam Dominus per hunc eundem Prophetam ait: Apprehendit discipulum, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. ] Disciplina aliiquid amarum significare videret: quare Beda exponit: Desiderate capere etiam fugientem disciplinam, id est, flagella patris vestri, quibus disciplinati & probati efficiemini. ] Quid autem melius nomen flagelli obtinebit, quænam vera, & generalis omnium nostrorum desideriorum, & affectuum abnegatio, quæ non carnem solum, sed propriam voluntatem teneriorem, & (si de voluntate id dici potest) sensibiliorum percutit? Flagellum ergo istud vtrique manu, cum oportuerit, apprehendendum est, & eo nostris distortis voluntatibus obserendum, ne ab arce iustitiae, & sanctitatis excidamus. Natura enim nostra ad malum proclivis, in id, quod sibi ut delectabile proponit, statim declinat, si non semper manifeste, at dissimilanter, atque paulatim, nisi mortificationis disciplina illam coerceat, & timoris, ac amoris nexibus illigatam in bono, æquoque detineat.

*Psal. 2.  
12.*

*Beda ibi.*

Iustitiam autem perseverantem, & in dies magis, ac magis crescentem multa alia dona coelestia,

A comitantur, ad quæ omnia mortificatione disponimus. Nam sicut pictor tabellam sibi oblatam prius dolat, & parat, quam in ea viuis coloribus aliquius imaginem formet: ita cor nostrum per amorem iustitiae oblatum Domino prius mortificatione dolandum, & parandum est, quam dona coelestia, quasi viuos & pulchros colores, excipiat. Desideria etiam initia quædam sunt rerum cupiditarum; quare quidecideris huius mundi subicitur, mundo profecto aditum aperit, & rebus coelestibus occludit. Utique enim, id est, mundanis, & coelestibus simul seruire impossibile est, cum haec contraria querant, & illa istorum ingressum impediunt. Sapienter quidem dixit Laurentius Iustinianus:

*Iustin. li.  
de discipl.  
et per-  
feti.  
mo-  
nast.anc.  
4.*

*1.Cor. 15.  
50.*

Incongruum est carnis, & spiritus simul miscere affectus: cum adiuicem contrarij sint. Carnis quippe affectus deprimit ad ima: spiritus vero sursum rapit. Visibilibus nutritur caro, intusibilibus vero spiritus; corruptioni semper appropinquat caro, & in ea delectatur: incorruptibilis vero cum sit spiritus, incorruptibilem delectatur amore. Haec praesentia incessanter appetit: ille nisi aeternorum repleti non potest. Nemo carnalium affectuum prædictus onere, cœlum petere prefumat: cum Apostolus dicat: carnem, & sanguinem regnum Dei possidere non posse. ] Si adeo contrarij sunt affectus carnis affectibus spiritus, nisi illi abnegatione minuantur, nunquam hi adolescent: & si illi, dum in re graui diuinis legibus opponuntur, à coelesti patria semper exulare faciunt; dum vero in rebus minoribus deficiunt, ab ingressu in illam patriam retardant, non dubium quin etiam dona, quibus ad sponsi thalamum paramur, eripiant. Nemo enim semen suum terræ non purgata, & tribulis, ac sentibus plena committit. Nec Dominus ergo dona sua, quæ semina sunt aeternorum bonorum, animo immortificato, & vanis affectibus pleno conferre dignabitur. Elias ascensurus in cœlum, vel in illam regionem omnis mali & afflictionis expertem, vbi nouissimorum temporum aduentum expectat, discipulum suum Elieum in Galgalis manere præcepit. Ille à tali mansione, & sui præceptoris derelictione vehementer abhorruit. Vixit Dominus, inquit, & vivit anima tua, quia non derelinquam te. ] Pergentes autem illi inde usque Bethel, ibi discipulum manere iussit, & eisdem verbis manere detrectauit. Transeuntes denique usque Iericho, Elias tertio Elieum de mansione communxit, & ille non minori constantia, quam prius discedere à magistro auersatus est. Fidelitas haec erga magistrum, magnum donum, scilicet, duplum Eliæ spiritum impetravit. Nam transuadato etiam Iordanem, cum Elieus ita orasset Eliam: Obscoero, ut fiat in me duplex spiritus tuus, responsum accepit: Si videris me quando tollar à te, erit tibi, quod petisti. Vidi, & Elia ascende clamauit: Pater mi, pater mi, curvus Israel, & auria eius, & duplicatum spiritum, quem petierat, accepit. Mira sane res, & non perfactorie meditanda. Discipulus magistro non semel, non bis tantum, sed ter repugnat, & externis oculis inobediens appetit, dum sibi iussa executioni mandare detrectat, & non penitam, sed præmium accipit, non vacuationem spiritus, quam solet inobedientia deferre, sed duplicatum spiritum obtinet, quis putet haec omnia carere mysterio? Elias itaque non iubens, sed tentans & probans, Elieo mandandi libertatem concessit, quod ille probè intelligens inobedientia vitium effugit, & amoris & fidei meritum impetravit, nobisque studium mor-

C 4. Reg. 2.  
2.

E 4. Reg. 2.  
2.

D 4. Reg. 2.  
2.

E 4. Reg. 2.  
2.

E 4. Reg. 2.  
2.

tificationis

tificationis vito iusto necessarium expressit. Qui enim in Galgalis, que revolutionem sonant, id est, in rebus huius facili, que perpetua mutabilitate rotantur, affectu non manet, neque in Bethel, qua domus Dei interpretatur, id est, in curiositatibus, & imperfectionibus mentis stare sustinet: neque in Iericho, qua lunam significat, id est, in inconstancia variorum desideriorum, & appetitum perfecuteretur vult, sed omnia, que inita aqua defluunt, & dilabuntur, abnegatione transcendentis duplum spiritum, donum pretiosum & magnum recipit. Qui autem seire auet, quisnam sit, & qualis iste spiritus duplicatus, audiat Bernardum dicentem: Quis est iste spiritus duplex, qui queritur, nisi illuminatio intellectus, & affectus purgatio? Res difficultis, quia rarus in terris est, qui illum habere mereatur. Et post pauca: Non dubito ergo intellectum omnium vestrum illuminatum esse, sed non affectum æquum esse purgatum, manifestis approbo conjecturis. Omnes quod bonum est nosti, & viam, per quam incedere beatiss, sed voluntas non vna est. Hæc ergo dona iustitiam crecentem comitantia ex mortificatione procedunt. Nam illa, dum via tollerit, intellectus tenebras pellit; & dum passiones cohibet, manifestè manantes ex illis purgat effectus.

Ferè nullum est donum ad perfectionem pertinens, quod ad hæc duo quodam modo reuocari non possit: quare hæc tantisper hæreamus, exponamusque quomodo ad illa mortificatione disponat. Hæc igitur illuminat intellectum, & mirabiliter erudit, quia impura, & superflua desideria intellectum obscurantia depellit. Dissipata nebula, difficultasque atris ac densis imbibis, sol elatior effulget. Sic abiectis per mortificationem vanis desideriis, & imperfectionibus vnuersis intellectus ad lumen veritatis procedit. Ligna prius siccanda sunt, quam igne splendenti flammescant. Sic mens à prauis affectibus, & ab humore carnis siccanda est, ut lucem se docentem concipiatur. Et in Leuitico preceptum est, ut animal prius ad gladium, quam ad ignem veniat, prius in frusta concidatur, & pellis illi derahatur, quam flamma absumente in accipitabile holocaustum ascendat. Quid aliud in hac lege datur intelligi, nisi quod anima prius mortificatione maestanda est: prius rerum terrenarum amore, quasi pelle, nudanda est: prius gladio abnegationis ad imperfectionibus, & curiositatibus sensuum abscindenda est, quam igne contemplationis ardor, & luce illa sapientiae, quæ ita docet, ut moueat, in altari cordis effulgeat? Antiqua lex circumcisio carne data est, ut ex scriptura constat, & etiam annotauit Ambrosius: legis vero gratia intelligentia perfecta illis datur, qui circumcisionem cordis admittunt. Nam cordis superficiates id faciunt, ut legem Dei norita quadam iejuna intelligamus, quæ sepe nec nos intelligentes ob noſtam duritiam ad bonum mouet, nec, dum docemus alios, ipsorum torporum & igauiam excutit. Elias nonnisi dimisso pallo in cœlum per turbinem rapitur: & nemmo nisi abiectis, & mortificatis terrenis affectibus, in rerum cœlestium contemplationem subuenitur. Multos quippe videmus ad studium, orationis vocatos semper humili repere, nunquam ad aliquid vel mediocre in hoc genere orationis admittit, & ferè quotidie cœcitate, & distractionibus impugnari. Manifesta est huius rei causa, quod nunquam pallium suorum desideriorum relinquunt, & ideo currus igneus

A contemplationis eos non rapit, nec in cœlum, id est, in internam quietem spiritus, ubi Deus videtur, extollit. Postulat Moyses à Domino: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. ] Et accipit responsum: Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet. ] Quare hoc? Nisi quoniam prius mundo, & rebus terrenis, & nobisfueris moriendum per abnegationem est, quam lucem ad contemplandum Dominum mereamur. Atque adeò David iam si mortuum abnegatione putabat, cum postulare Domini aspectum audebat: Illumina, inquit, faciem tuam super fetum tuum.] Quid hoc esse putamus, ait Ricardus Victorinus, quod non nisi faciem ostendisti sibi postulat, nec iam posteriora, sed facie ad faciem videre desiderat? Nunquid mente excidit, quod Moysi Dominus longè antè prædictit? Non videbit me homo, & viuet? Patet ergo quia si huic mundo adhuc viueret, nunquam talia orare præsumpsisset. Mentior: si non & ipse alibi hoc idem testatur, dicens: Propter te mortificamur tota die.] Quare ergo mortuus non creditur qui tota die mortificatur? An forte quia non dixit, morimur: sed mortificamur? Scimus tamen quia in Dei oculis maioris meriti est, sepe mortificari, quam mori. Nonne mors martyrum tanto erat pretiosior, quanto mortem præcedens pena produxit? Quibus volentibus mori, non dabatur occidi. Nonne prædictinatis ad vitam hoc ipsum ad gloriam cumulum proficit, quod sine acri pugna, sine acerba pena, carnalis in eis vita non deficit? Mortificatur ergo David, ut tandem moriatur, & sic aliquo modo dignus inueniatur videare faciem Dei in iubilo. Scit namque quia beatas populus, qui seit iubilationem.] Satagit ergo & vos, secundum Apostoli confilium, mortificare membra vestra, que sunt super terram, ut possitis cum Propheta fiducialiter Deo dicere: Quoniam propter te mortificamur tota die.] Hac ille. Quibus claret mortificationem ad dona intellectum illuminantia præparare, & nos de rebus cœlestibus erudire.

Nec solum hoc, sed etiam eadem mortificatione infert dona, quæ purgant, & inflammant affectum. Hæc enim vana desideria, quæ nos turbant, a cordibus nostris excludit. Reiecit semel Abraham ancillam Agar, & filium eius, & reddita est pax; nam ante dissidia erant in domo. Ita reiecta mortificatione cordis, quæ non unum tantum, sed multos filios, id est, multos appetitus generat ad malum pertrahentes, reddit interior pax, & tranquilla ferentias. Turbationis autem vacuitatem, & pacem sequitur cœlestis consolatio, quæ etiam seipso abnegantibus datur. Sicut enim cibus ille cœlestis, quo populus Israëliticus in deserto pastus est, nunquam ē cœlo, vel ē supra aëris regione descendit, quo usque panis Egypti deficit; ita communiter cœlestibus consolationibus non reficiuntur, quo usque per mortificationem terrena curas abiciamus. Quod & Ambrosius significatum putat in conceptione Isaac, quem tunc Sarra concepit, cum desierant illi fieri mulierib. Cū enim Isaac risum, ac latitiam significet, quid est Sarra in frigida senectute concepire, nisi fideliter animam depulso carnalium desideriorum furore ad spiritalem latitiam peruenire? In quam sententiam Bernardus: Pretiosa siquidem diuina consolatio est, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau, qui dixisti: Num unam tantum benedictionem habet pater? ]

Exod.  
33.13. §  
20.

Psal. 118.  
Ricard. an  
not. ad  
eund.  
Psal.

Psal. 43.

Psal. 88.  
16.

Gen. 21.

Exodi  
16. 4.  
Amb. lib.  
de figura  
seculi e.  
8.  
Gen. 27.

Bern. de  
clamor.  
de bonis  
deseren.  
ad finem.  
Gen. 27.

*Psal. 26.  
4.*

Quanto melius erat dicere cum propheta? Vnam peij à Domino, hanc requiram. Indignus enim benedictione cælesti conuincitur, quidubio querit affectu, duplice petit intentione, aliud sibi refugium parans, si forte eam non obtinere contingat.]

Cum ergo Domini sit dona cælestia conferre, nostrum vero non sine eius gratia nos ad ea suscipienda, mortificatione parare, nunquam eam è manus, ac operibus elabi finamus, ut ad hæc preiota dona, & ad ipsam perfectionem venire possumus. Nam hæc, mons est excellus, culmine suo ipsum cælum pertingens, ad quem voluntatibus sentium, & rerum terrenarum desideriis oneratis non datur appropinquare. Darurus Dominus legem in monte Sina, homines, & iumenta ad montem accedere prohibuit. Omnis, inquit, qui tetigerit montem, morte morietur: siue iumentum fuerit, siue homo, non vivet.] Non sola animalia muta, sed homines quoque à monte arcet, & solum Moysen accedere, & legem audire permittit: quia non soli peccatores per bestias signati, sed etiam iusti immortificati, qui hominum affectus non exuent, cum volente ad sublimitatem contemplationis, & ad verticem perfectionis ascendere, quasi lapidibus obrutūt. Vnde Gregorius ait: Cùm lex accipitur, populus à monte prohibetur, ut videat, qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, confidante sublimia non præsumant. Et rectè subdit: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Bestia enim montem tangit, cum mens irrationabilibus desideriis subdita, ad contemplationis alta se erigit: sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis iætibus necatur.] Longè quidem à perfectione erunt, qui eam saltem contemplari non possint. Quid si immortificatis animis sublimitatis contemplatio negatur, clarum est, quia nec possesso conceditur. Ac proinde nos, qui ad montem, scilicet ad perfectionem, ascendere nitimus, tota animi fortitudine affectus humanos exuamus. Iam Sponsus animam vocat, & dicit: Surge, propera amica mea, & veni:] tunc autem vocat, cum vox tururis auicula solitaria in auribus eius insouxit. Vnde subdit: Vox tururis auditæ est in terra nostra. Sonet itaque apud illum vox tururis, clamor animæ solitudinem rerum terrenarum amantis, & pro cælesti patria, & pro eius imagine, scilicet pro perfectione gementis. Donec homines, inquit Bernardus pro Dei cultu mercedem tantum in terra, & tantum terram accepterunt (illam vtique lacæ, & melle manantem) minime se cognoverunt peregrinos super terram, nec more tururis ingemuerunt, veluti patris reminentes: magis autem pro patria exilio abutentes, dederunt se comedere pinguis, & bibere mulsum. Ita tandem non est vox tururis auditæ in terra nostra. Vbi ergo regni cælorum promissio facta est, tunc intellexerunt homines se non habere hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirentem, & auditate cœperunt, & tunc primum manifestè, sonuit in terra vox tururis]. Hæc ille. Nobis sanè non terra, sed cælum promissum est, non pro terrenis bonis, sed pro donis cælestibus laboramus; quare ad instar tururum spiritalem solitudinem, & à visilibus elongationem amemus. Hæc elongatio, quæ mortificatione perficitur, diuinum adiutorium ad consequenda hæc bona, quæ cupimus, impetrabit. Nam & Ioannes cadens ad pedes Domini velut mortuus, manus eius se sublevantes persensit. Et cum vidisset eum, inquit, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & posuit dexteram suam super me.] O eximia mortificationis nobilitas, quam visio Christi, & cognitione Domini generat. Ioannes enim, qui non mortuus,

*Exod. 19.  
12. 13.*

*Greg. 6.  
mor. c. 17.*

*Cant. 10.  
2.*

*Bern. ser.  
59. in  
Cant.*

*Apocal.  
1. 17.*

A sed tanquam mortuus cecidit, personam se mortificantum expressit. Et o magna mortificationis utilitas, quæ, ut etiam Ricardus annotauit, diuinum auxilium ad surgendum, id est, ad lucem sapientie, & feruorem amoris asequendum, promeruit. Non dubium quin ipsa animam purget, & mundet, & ad bona cælestia recipienda disponat.

*Ricard. li.  
1. in Apoc.  
2. 4.*

Mortificatione peccata minui, & pœnas  
præteriorum delictorum exolui.

### C A P. VII.

**V**FFICERET Profectò, si tantum cum viris feruidis & perfectis loqueremur, mortificationis fructum generaliter ostendisse, & vim huius medicamentis ad sanandas animas expositis discursibus demonstrasse: sed quia tepidos etiam, & nequum in virtute fundatos hortamus, operæ pretium est, ad magis particularia descendere, & quæ bona, mortificatione ex Dei gratia procedens adferat, explicare. Horum autem primum sit, quod ordine etiam vita spiritualis addiscenda: primum est, scilicet quod mortificatione morbos animæ, nimis peccata fugat, & quia hi morbi voluntarij fuerunt, atque ob id penam merentur, debitas pœnas peccatorum auerterit. Hominem mortificatione peccata fugere, & ea quotidie magis numero minuere, & grauitate extenuare ex ipsa mortificationis natura compertissimum est. Nam illa (vt iam didicimus) nihil aliud est, quam prauorum actuum, & malorum desideriorum cohibiti, & elicitorum quoquerere pressio, si valeant aliquando ex eo, quod nobis concessum est, in aliquid prohibitus declinare. Quis autem non videat hanc tam sollicitam pugnam aduersus prauos actus, & impura desideria ex diametro cum omni peccato pugnare? Da hominem grauissimis peccatis luxuriae, iræ, superbizæ, & similibus aliis fordanem, qui per veram penitentiam, & peccatorum detestationem ad Deum conuertatur, iste si non se amplius mortificet, & si sui cordis desideris conniveat, statim in eadem peccata, immo & in peiora labitur, ad quæ acquisita virtus, & prauus affectus, & dæmones omnia iniqua suidentes, inclinant. Da illum post conuersationem adiuuante diuina gratia, se cohibete, occasiones fugere, clamores suorum affectuum compescere, & cum male affluente natura pugnare, hic iam peccata saltem grauia deuitat, & gratiæ thefaurum ditissimum, in abridis sua mentis conseruat. Da illum tandem subtiliori, & altiori genere mortificationis vti, & delectationes leuium peccatorum timere, multa licita, & concessa deserere, & se oratione, lectio, & sanctis operibus, licet minus palato carnis suauibus, occupare, & videbis eum iam non solùm omnia peccata lethalia, sed multa etiam venialia fugisse, & vitam spiritualem, & viro iusto dignam, ac plane sanctam fuisse complexum. Ergo mortificatione antidotum est, quod morbos peccatorum pellit, & animæ sanitatem efficit. Nam postquam quis à peccato discesserit, & statum virtutis assumperit, non sufficiet mundanus timor, vel honoris amor, vel alij humani respectus, ut se à peccato contineat, nisi gratia Dei per studium mortificationis eius voluntatem dirigat, & à peccandi amore diuella. Quod significatum est per mysterium in illo, quod dixit Dominus ad Eliam, cùm præcepit, ut vngret Hazael in regem Syriæ, & lehu in regem Israël. Et erit, inquit, qui-

*3. Reg.  
2. 17.*

cumque